

32. 22.

# Königl. Gymnasium zu Brieg.

## Einladungs-Schrift

zu den

Donnerstag den 10. und Freitag den 11. April 1862

abzuhaltenden

## Prüfungen und Deklamationen

sowie zur

## Entlassung der Abiturienten.

### Inhalt:

1. Gratulationschrift zum 300jährigen Jubiläum des Elisabetanums in Breslau  
2. Schulnachrichten } v. Direktor.



Gedruckt in der Falck'schen Druckerei in Brieg.

96r  
41 (1862)

St. 32



HENRICI MARTINI  
ORDO LECTIONUM ET METHODUS  
DOCENDI.

GYMNASII VRATISLAVIENSIS

AD SANCTAM ELISABETAM  
TERTIA SAECULARIA CELEBRANTIS

RECTORI PROFESSORIBUS PRAECEPTORIBUS

GRATULABUNDUS

EDIDIT

JOANNES JULIUS GUTTMANN,

ILLISTRIS GYMNASII REGII BREGENSIS DIRECTOR ET PROFESSOR.

Aliae sit pars operum vestrum, quae conseruari non possit, publice salute Vistroque ejusdem labores vestigia et consuetum honorem servare, nos tamen sentires quidem vlaendo. Dux Cenatus II.  
Dux Silesie quam hoc professoris nomine, quae non ipsius verba, cunctum de  
genosio illustri in urbe Bregent apicula inscepisse, ut liberdinem in coll-  
egio Christiano quam in philosophia et liberalium artium studiis

УРАГАНОВА  
ПОСЕДАИ СОСЕДАИ  
ORDO RECENSUS  
DOCENDI

СОЛНЦЕВЫХ  
AD SANCTAM ELENAE MATR

HERITIA SIECULARIS CEREMONIALIS

СОЛНЦЕВЫХ ПОСЕДАИ СОСЕДАИ

СОЛНЦЕВЫХ

СОЛНЦЕВЫХ

СОЛНЦЕВЫХ ПОСЕДАИ СОСЕДАИ

СОЛНЦЕВЫХ ПОСЕДАИ СОСЕДАИ

**ELISABETANI  
RECTORI PROFESSORIBUS PRAECEPTORIBUS**

**PLURIMAM DICUNT SALUTEM**

**COLLEGAE BREGENSES.**

Ut hominibus non tam diu quam bene vixisse gloriae esse potest atque illud fortunae hoc virtuti tribuitur, ita in scholis aestimandis quales fuerint quaerendum est non quot annos extiterint. Factum est enim interdum, quod inclytae illi Auri-montanae accidisse scimus, ut praestantissima schola temporum iniquitate interiret, nec minus fieri potest, ut aliae deteriores necessitate quadam durent, quibus etsi homines earum poeniteat carere tamen nequeant.

Elisabetano vero quum utrumque contigerit, ut et aetate et meritis inter caetera emineret Silesiae gymnasia evangelica, quumque Vos, Viri Doctissimi, ad laudem illam quum obtainendam tum augendam ipsi quam plurimum contuleritis, felicissimos Vos praedicare quis dubitet? Nos quoque et gratulamur Vobis, quod faustum hunc diem, quo ante hos trecentos annos praeclara ista sedes verae doctrinae a civibus Vratislaviensibus consecrata est, ut videatis ac solemniter celebretis, nutu divino conceditur, et precamur Deum Omnipotentem, ut porro eam propitius tueatur, ut ad suam gloriam patriaeque salutem ingenuis literis nutrita optime morata vere sancta semper inde prodeat juventus.

Quae vota quum nobis cum omnibus praceptoribus communia sint, quicunque publica salute Vestroque ejusdem laboris sociorum et consortium honore gaudent, nos tamen arctiore quodam vinculo Vobiscum conjuncti sumus. Nam Georgius II. Dux Silesiae quum hoc potissimum nomine, quae sunt ipsius verba, consilium de gymnasio illustri in urbe Bregensi aperiendo suscepisset, ut liberi tam in religione Christiana quam in philosophia et liberalium artium studiis

recte informari et honesta disciplina ad virtutis culturam assuefieri possent, priusquam nobilissimi operis fundamenta jaceret, ad inspiciendum quod ad imitandum sibi proposuerat Vestrum gymnasium brevi ante conditum Vratislaviam ipse se contulit (a. d. XIII. Cal. Apr. a MDLXIV), nec multo post Petrum Vincen-  
tium Elisabetani rectorem, qui jam Lubeci et Gorlicii scholis recens exstructis egre-  
gie praefuerat, arcessitum consuluit atque Joannem Ferinarium Melanthonis discipu-  
lum, cui rectoris munus auctore Vincentio detulerat, ab eodem inaugurar iussit a.  
**MDLXXII.** Ita utriusque scholae primordia inter se cohaerent, neque falli nos pu-  
tamus, nostram quadam certe ex parte florem, quo Tilesio potissimum, Schicfusio  
et Laubano rectoribus vigebat, constitutionibus a Vesta acceptis debuisse conten-  
dentes.

Sed tristissima deinde secuta sunt belli triginta annorum tempora, quibus adeo perturbabantur literarum studia ac disciplina moresque corrumpebantur, ut in maximo periculo esset gymnasium nostrum ne prorsus dilaberetur. Quibus tantis malis Duxes Bregenses, qui virtutum majorum suorum aemuli et ipsi liberali animorum cultui summam curam impendebant, mederi diu frustra studuerant, quum Christianus II a.  
**MDCLXXI** Henricum Martinium medicum suum, qui jam in Lithuania de scholis bene meruerat, in consilium adhibuit. Nec defuit ille officio honorifico nec Dux, quum proposita sibi valde probarentur, moratus ad cuncta perpetranda ulli vel sumptui vel operae pepercit. Quidquid opus erat ad vacuam post Lueae dimissionem rectoris provinciam in idoneum virum conferendam, qualem Antonius Brunsenius se offerebat, ad novos praeceptratores adciendos, ad mercedem ceteris augendam larga manu suppeditavit ipsumque Martinium scholae praeposuit, ut quae tam sapienter suasisset exsequenda quoque curaret. Piastarum quidem gens jam quinque post annis extincta est, nec vero sub Regibus et Austriacis et Borussicis usque ad extremum saeculum duodevigesimum, nisi paucis rebus nonnunquam immutatis, ab illo ordine lectionum recessum est.

Quare hic libellus non indignus est visus, qui publicaretur. Nam ut taceamus, inesse quaedam, ad quae etiam nunc animum advertere non inutile sit, ex quibus nos quoque aliquem fructum percipere possimus, id certe concedetis, talia conservata et collecta ad historiam scholarum cognoscendam nonnihil conferre.

Sed qualecunque est benigne accipiatis rogamus hoc munuscum persuasumque habeatis, etiamsi melius quiddam habuissemus, non tamen quidquam arbitraturos nos fuisse ad voluntatem erga Vos nostram plene indicandam satis facere posse. Valete!

ORDO LECTIÖNUM  
ET  
DOCENDI METHODUS.

---

**D**uo praecipua studiorum et felicis in iis progressus adminicula sunt. Et quidem ordinem lectionum etiam optimum constituere haud difficile, at bene constitutum recte exequi non perinde facile est, quod hic dexteritate aliqua opus, qua in methodo potissimum consistit. Quapropter, ut intelligatur, quomodo haec, quae in magnum ut speramus studiosae juventutis emolumen designata sunt, in effectum deduci possint ac debeat, declaratione aliqua opus esse duximus, in qua ipsa etiam tractandi methodus et ratio ob oculos poneretur, quo ita et docentibus cynosuræ loco esse possit, ad quam actiones omnes suas instituant ipsumque docendi munus rite exsequantur, et discentibus calcar addatur, perfecto sic laborum, quos exantlaturi sumus, fructu ad cursum studiorum suorum eo majori cum alacritate ingrediendum. Ergo

IN PRIMO ORDINE

Lectiones ibi propositae eo potissimum spectabunt

1. Ut instrumentalium, quales sunt logica et oratoria, perfectionem discentes hic consequantur, idque quoad usum praecipue, qui hic cum praeceptis maxime et sedulo conjungendus: Et in logica quidem praeter usum particularem, praedicabilium videlicet in praedicando, praedicamentorum in definiendo, topicæ in argumentando, idque in quovis loco inventionis, tam necessario quam contingenter: usus universalis in genesi et analysi consistens maxime urgendus, in genesi quidem quoad compositionem thematum tam simplicium quam compositorum, eligendo materias magis notas et familiares, ethicas potissimum et politicas, in analysi vero quoad resolutionem alicujus contextus aut tractationis ex autore aliquo; quales sunt historiae de vitiis virorum illustrium Cornelii Nepotis, in quarum analysi Berneckerus praeivit; hujus modi etiam esse possunt orationes Curtianæ, quarum analysin clarissimus Prussiae orator Valentinus Thilo in oratore suo Curtiano instituit; orationes etiam Ciceronis, quarum analysin exhibuit Mart. du Cygne e societate Jesu; psalmi itidem, in quorum analysi Melchior Laubanus hujus olim Gymnasii rector celebratissimus egregium se praestitit. Huic ergo logicæ studio singulis septimauis horas **quatuor** assignandas censuimus, duas quidem ipsius logicæ tractationi, ejus vero praxi et usui itidem duas.

In oratoria vero doctrina inventionis et dispositionis preeprimis persequenda, idque vel ad eam methodum, qua in institutione principis praeivimus, inventionem scil. logicam accommodando inventioni oratoria, et dispositionem logicam mutando in oratoriam, quae quidem brevissima et omnium facilissima hic proficiendi via, qua non alia et nova juventus docetur, sed eadem, aliter saltem atque aliter adhibita applicataque. In priori modo nominatus Thilo in topologia oratoria egregie praeivit, in posteriori vero Michael Radau in oratore suo extemporeo viam ostendit. Cum primis autem exercitatio et imitatio oratoria hic diligenter urgenda, quae etiam institui potest in orationibus Curtianis ad exemplum dicti Thilonis in oratore Cur-

recte informari et honesta disciplina ad virtutis culturam assuefieri possent, priusquam nobilissimi operis fundamenta jaceret, ad inspiciendum quod ad imitandum sibi proposuerat Vestrum gymnasium brevi ante conditum Vratislaviam ipse se contulit (a. d. XIII. Cal. Apr. a MDLXIV), nec multo post Petrum Vincentium Elisabetani rectorem, qui jam Lubeci et Gorlicii scholis recens exstructis egregie praefuerat, arcessitum consuluit atque Joannem Ferinarium Melanthonis discipulum, cui rectoris munus auctore Vincentio detulerat, ab eodem inaugurari jussit a. MDLXXII. Ita utriusque scholae primordia inter se cohaerent, neque falli nos putamus, nostram quadam certe ex parte florem, quo Tilesio potissimum, Schicfusio et Laubano rectoribus vigebat, constitutionibus a Vesta acceptis debuisse contendentes.

Sed tristissima deinde secuta sunt belli triginta annorum tempora, quibus adeo pertubabantur literarum studia ac disciplina moresque corrumpebantur, ut in maximo periculo esset gymnasium nostrum ne prorsus dilaberetur. Quibus tantis malis Duxes Bregenses, qui virtutum majorum suorum aemuli et ipsi liberali animorum cultui summam curam impendebant, mederi diu frustra studuerant, quum Christianus II a. MDCLXXI Henricum Martinium medicum suum, qui jam in Lithuania de scholis bene meruerat, in consilium adhibuit. Nec defuit ille officio honorifico nec Dux, quum proposita sibi valde probarentur, moratus ad cuncta perpetranda ulli vel sumptui vel operaे pepercit. Quidquid opus erat ad vacuam post Luciae dimissionem rectoris provinciam in idoneum virum conferendam, qualem Antonius Brunsenius se offerebat, ad novos praecceptores aediendos, ad mercedem ceteris augendam larga manu suppeditavit ipsumque Martinium scholae praeposuit, ut quae tam sapienter suasisset exsequenda quoque curaret. Piastarum quidem gens jam quinque post annis extincta est, nec vero sub Regibus et Austriacis et Borussicis usque ad extremum saeculum duodevigesimum, nisi paucis rebus nonnunquam immutatis, ab illo ordine lectionum recessum est.

Quare hic libellus non indignus est visus, qui publicaretur. Nam ut taceamus, inesse quaedam, ad quae etiam nunc animum advertere non inutile sit, ex quibus nos quoque aliquem fructum percipere possimus, id certe concedetis, talia conservata et collecta ad historiam scholarum cognoscendam nonnnihil conferre.

Sed qualecunque est benigne accipiatis rogamus hoc munuscum persuasumque habeatis, etiamsi melius quiddam habuissemus, non tamen quidquam arbitraturos nos fuisse ad voluntatem erga Vos nostram plene indicandam satis facere posse.  
Valete!

# ORDO LECTIOMUM ET DOCENDI METHODUS.

Duo praecipua studiorum et felicis in iis progressus adminicula sunt. Et quidem ordinem lectionum etiam optimum constituere haud difficile, at bene constitutum recte exsequi non perinde facile est, quod hic dexteritate aliqua opus, qua in methodo potissimum consistit. Quapropter, ut intelligatur, quomodo haec, quae in magnum ut speramus studiosae juventutis emolummentum designata sunt, in effectum deduci possint ac deheant, declaratione aliqua opus esse duximus, in qua ipsa etiam tractandi methodus et ratio ob oculos poneretur, quo ita et docentibus cynosurae loco esse possit, ad quam actiones omnes suas instituant ipsumque docendi munus rite exsequantur, et discentibus calcar addatur, perfecto sic laborum, quos exantlaturi sumus, fructu ad cursum studiorum suorum eo majori cum alacritate ingrediendum. Ergo

## IN PRIMO ORDINE

Lectiones ibi propositae eo potissimum spectabunt

1. Ut instrumentalium, quales sunt logica et oratoria, perfectionem discentes hic consequantur, idque quoad usum praecipue, qui hic cum praceptis maxime et sedulo conjungendus: Et in logica quidem praeter usum particularem, praedicabilium videlicet in praedicando, praedicamentorum in definiendo, topicae in argumentando, idque in quovis loco inventionis, tam necessario quam contingenter: usus universalis in genesi et analysi consists maxime urgendus, in genesi quidem quoad compositionem thematum tam simplicium quam compositorum, eligendo materias magis notas et familiares, ethicas potissimum et politicas, in analysi vero quoad resolutionem alicujus contextus aut tractationis ex autore aliquo; quales sunt historiae de vitiis virorum illustrium Cornelii Nepotis, in quarum analysi Berneckerus praecevit; hujus modi etiam esse possunt orationes Curtianae, quarum analysin clarissimus Prussiae orator Valentinus Thilo in oratore suo Curtiano instituit; orationes etiam Ciceronis, quarum analysin exhibuit Mart. du Cygne e societate Jesu; psalmi itidem, in quorum analysi Melchior Laubanus hujus olim Gymnasii rector celebratissimus egregium se praestitit. Huic ergo logicae studio singulis septimanis horas **QUATUOR** assignandas censuimus, duas quidem ipsius logicae tractationi, ejus vero praxi et usui itidem duas.

In oratoria vero doctrina inventionis et dispositionis paeprinnis persequenda, idque vel ad eam methodum, qua in institutione principis praeivimus, inventionem scil. logicam accommodando inventioni oratoria, et dispositionem logicam mutando in oratoriam, quae quidem brevissima et omnium facilissima hic proficiendi via, qua non alia et nova juventus docetur. sed eadem, aliter saltem atque aliter adhibita applicataque. In priori modo nominatus Thilo in topologia oratoria egregie praecevit, in posteriori vero Michael Radau in oratore suo extemporeno viam ostendit. Cum primis autem exercitatio et imitatio oratoria hic diligenter urgenda, quae etiam institui potest in orationibus Curtianis ad exemplum dicti Thilonis in oratore Cur-

tiano. Atque huic oratoriae studio singulis septimanis **binas** etiam horas assignandas putavimus.

2. Ut in stylo et latinitate copiam pariter et ornatum majorem studiosa juventus acquirat. Cui fini inservient partim tres autores latinitatis principes: Cicero videlicet in orationibus selectis, Salustius et Horatius in facilitibus carminum generibus, quibus absolutis succedent: Ciceroni quidem orationes ex Livio et Tacito, Salustio succedit Curtius et huic Suetonius, Horatio Virgilius, quibus tractandis **sex** horae qualibet septimanae dedicatae sunt; partim ipsa latinitatis exercitatio, consistens in exercitiis styli, compositione carminis et exaratione progymnasmatis vel oratiunculae postea declamandae. Quibus etiam **sex** horae hebdomatim attributae, ita ut ad ipsum latinitatis studium et culturam, tanquam omnis eruditiofundum ac praecipuum ornamentum, duodecim horae singulis septimanis dicatae sint (praeter Justinum, cuius tractatio non minus expoliendo stylo inservire potest), quibus sane condigni in hoc studio profectus fieri possunt. Ubi tamen haec quatuor monenda sunt: 1. quidem circa autorum tractationem ut taediosa omnis et progressus saltem in autore remorans inutilis eritisatio prorsus omittatur et post expositionem autoris sola phrasium et elegantiarum notatio et excerptio, subsequente mox imitatione, instituatur, dispositionis etiam ratione in orationibus non nisi obiter tacta, ut et monitorum sive ethicorum sive politicorum annotationibus hic praetermissis, ut quae alterius sunt loci et temporis, quum hic seopus latinitatis sit exercitium, quod ideo maxime hic urgendum, siveque operae promovendae, non vero uni lectio-  
ni plurium simul et heterogeneorum tractatione diutius immorandum, hoc ipso enim fit, ut et primario scopo excidamus et eos, qui secundarii erant et adsciti, non recte assequamur adeoque operam utrobique ludamus. 2. Quodsi dicta ratione tractatio ineatur, fore, ut intra annum unus ex assignatis autoribus absolvit possit, cui deinde alius jam denominatus succentiabitur, quo etiam ad colophonem perdueto, ordo a priore incipiet; cumque duos ad minimum annos vel tres etiam idonee profecturus in qualibet classe consumere debeat, fiet, ut quilibet discentium hunc autorum cursum absoluturus sit. Id quod etiam de aliis surrogatis lectionibus accipiendum, de jurisprudentia politicae subordinanda, officiis Ciceronis ethicae sufficiendis, et mathematica ipsi physicae surroganda. 3. Exercitia styli sive translationes e germanico in latinum hic in primo ordine consulto retineri, quod ad latinae linguae perfecti-  
onem pertineat, hic expeditum esse et in solidum exercitatum. Haud enim minoris difficultatis res est, germanicum textum in latinum genuine transferre, servata utrobique linguae pro-  
prietate et ornatu, quam in sermone latino orationem concipere, et inter negotia publica saepe numero id usu venit, ut germanica latine reddenda sint, quae res etiam exercitatis nonnum-  
quam plus negotii facessit, quam si statim latine exaranda sint. Interea iis, qui jam majorum sunt profectuum, integrum relinquitur propositum exercitium quibusdam in locis amplificandi, idque tum per figuras amplificationis, tum per quatuor illos amplificandi modos: antithesis, syncretism, conglobationem et testimonium, que omnium est facilissima amplificandi ratio, et quo-  
modo per singula loca topica institui possit, in oratoria ostenditur. 4. In correctione horum exercitiorum unius praceptoris operam non sufficere, sed duorum necessario concurrere debere, quo scilicet singula a docente recte examinari et errata adnotari queant. Qua propter hac hora alter professor in auditori frequentia potissimum ordinari laborem hic sublevabit.  
3. Ut in philosophia practica sive morali, qualis est ethica et politica, idonea funda-  
menta jaciantur. Hae enim tanquam disciplinae maxime reales et omnem in vita humana usum

habentes eo majori cum diligentia tractandae sunt, quod materiae tam logicae quam oratoriae tractationis ex his tanquam praecipuis fontibus petenda sint, quum omnis de quibusvis vitae actionibus disquisitio in quaestionem ethicam vel politicam resolvatur. Autor autem hic seligetur in ethicis quidem talis potissimum, qui minimum habeat quaestionum plurimum ipsius praxis et exemplorum quique ad locos communes ethicos postmodum concinnandos sit accommodatissimus; uti etiam in institutione principis insinuavimus. Hac ratione enim quoddam quasi promptuarium sibi mature litterarum studiosus praeparabit, in quod lecta et audita quotidie referat, inde tanquam e cornu copiae quodam ac penu domestico iterum quotidianum in usum deponenda. In politicis vero egregiam operam praestitit Zuerius Boxhornius politicus omnium accuratissimus in institutionibus politicis, quae etsi nonnullis propriæ reipublicæ in qua vixit accommodatae magis et aptae videantur, illud tamen tantillum est, ut communis politicae doctrinae, ubi traditæ, necquicquam derogent. **Utrique** autem studio **binae** horæ hebdomatim tributae.

4. Ut in philosophiae theoreticæ cognitionem quoque pro suo quisque captu scopoque introducatur. Philosophiam enim theoreticam in gymnasio tanquam palaestra praeparatoria prorsus præterire, est magnam juventutis partem ad academias impræparatam mittere. Quo fine doctrinae physicae theologis et medicis perquam utiles futurae, et dehinc mathematicæ politicis atque jure consultis **binae** quoque horæ hebdomatim decretæ sunt; et quidem in physicis synopsis Sperlingii eligenda videtur. Ex mathesi geometria präprimis tractatu utilis et necessaria, quod reliquis mathematicæ partibus maxime inserviat et arti fortificatoriae hodie praecipue in magno aestimio merito habitat; et geographia historicæ cognitioni tam necessaria, ut sine illa eadem recte tractari atque in ea condigne profici nequeat.

5. Ut cognitione historicæ idque universalis animi dissentium etiam imbuantur; quod historia tanquam vitae magistra studiose omnibus excolenda veniat, ad quam universalis historia viam proxime sternit. Placuit autem Justinum hic eligere tanquam autorem classicum et styli simul elegantia commendatum ad ipsius etiam historiae cognitionem initio sufficientem. Habet enim nescio quid majoris ponderis, si in rebus, quibus fides est ab autore, quales sunt historiae omnes, ad autorem classicum et veterem provocare licet. Cui ideo initio innutriendus et ad fontes potius, si commode potest, quam rivulos ducendus est historiae tiro; sufficere etiam ad primam quidem historiae cognitionem potest hic autor, präsertim quum synopsis chronologica vel novissimæ ejus editioni addita ei conjungatur et docens recte präcat quaque deficere videntur discursu supplet. De stylo autem, cui etiam hunc autorem supra assignavimus, hoc hic monendum venit, quod primario hic historia ipsa tractationem sibi vindicabit, adeoque et monita ethica et politica hic locum invenient (modo non prolixitate exorbitent), secundario tamen et incidenter styli ratio haberi quoque potest, indicando scilicet elegantiam dictionis, ubi ea magis conspicua occurrit.

6. Facultates quod attinet, theologiam präcipue et jurisprudentiam (ad medicinam enim paucissimi semper sunt qui adspirant, et hi facultatis suae principia in ipsis academiis demum optime capessunt), harum fundamenta omnino in gymnasio jacienda sunt. In quem finem Justiniani institutiones tanquam juris fundamenta post politicam publice prälegendas ordinavimus, iisque **duas** horas quavis hebdomada tribuimus, sicuti studio theologicō pariter **duas**.

7. Linguae graecæ cognitioni plures quam **duas** horas hebdomatim assignare haud potuimus aut debuimus, quod pauciores eam hodie excolant et quibus ejus cognitio necessa-

ria est, uti theologis et medicis futuris, iis haec ipsae sufficere possint, pro publico exercitio videlicet privatis aliquot horis apud professorem huc etiam impensis, utpote quibus defectus hic suppleatur, sine aliorum idque plurium dispendio, quorum alias operae hic vacarent; perpetuum enim didacticae axioma est: quod in lectionibus publicis pluralitatis semper major est habenda ratio. Lingua Hebraica vero theologis futuris pernecessaria, et cuius prima elementa saltem in gymnasio addiscenda sunt, iis horis publice tractari potest, quibus Justiniani institutiones aliis publice praeleguntur, idque in auditorio separato atque, si aliter non possit, etiam a professore extraordinario, cui id muneric demandetur.

8. Actus oratorius qualibet septimana **bis** instituetur, die Mercurii et Sabbathi vide-licet, hora ultima, ut habet ordo, in qua vel progymnasma vel oratiuncula brevis secundum ordinem a dissentibus privato studio elaborata habebitur, professore post habitum actum thema ipsum examinante et si quid in promulgatione etiam a studioso hallucinatum fuerit, monente animadvertenteque; idque per tres septimanos continuos fiet. Quarta autem quaque septimana sive ultima eujusque mensis horae antemeridianae omnes partim actui disputatorio dabuntur partim examini privato cujuscunque mensis. Etenim

9. Disputationum publicarum exercitio quocunque gymnasium carens gymnasii, hoc est palaestrae exercitatoriae, nomen sustinere nequit. Tanta scilicet disputationum publice habendarum necessitas est, utilitas tanta, ut sine his studia reliqua manea et mutila sint futura. Logicae certe usus in disputationibus maxime elucescit, sicut disputationum usus postmodum in negotiis, foro, curia, templo conspicuus evadit. In his ergo praexerceri in gymnasio juventutem necesse est, nisi rudes et blitei ad majora illa emporia litterarum, academias, venire velint. Neque tamen disputationes hic intelligimus eas, quae praepostere nimis in gymnasii quibusdam institui etiam solent, uti de notionibus secundis, v. g. de terminis logi-cis, hae enim tricæ sunt inutiles, otiosis ingenii vel academicæ subtilitati relinquendæ. Faber scilicet de malleo suo non disputat, sed cum constet, illum talem esse debere, qui aptus sit ad cedendum, hoc ipsum illi sufficit et ad cedendum seu fabricandum se accingit. Neque etiam de rebus gravioribus et sublimibus disputationes has institui velim, quod haec captum incipientium superent, sed de iis, quae in publicis lectionibus tractantur et pertractata jam sunt, et quidem de realibus, maxime moralibus et politicis, quae sane amplam et utilissi-mam disputandi materiam suppeditare possunt. Atque huic actui disputatorio dies Mercurii dabitur.

10. Examen privatum quolibet mense instituendum tam est necessarium dissentium profectibus quam quod maxime. Neque quispiam existimaverit, laboriosum id fore, singulo mense hujus modi laborem sumere; expeditum id fiet, si recte instituatur. Scopus scilicet est solummodo, ut pensa singulis mensibus absoluta vel absolvenda revideantur, quoisque scilicet in singulis lectionibus eo mense progressum, ut si quid hic neglectum vel intermissum, quo modo id sequenti mense pensari possit, dispici queat, vel si compensari nequeat, saltem ne sequenti mense par defectus admittatur sieque intermissæ operæ accrescant; ita, ne auto-ris tractatio medio anno absolvenda in annum vel ultra protrahatur, providebitur et studia fervore incipient. Hoc autem examen ita instituetur, ut in primo ordine a scholarcha fiat, pensa revidente et quidquid quantumve per haec a juventute profectum sit, brevi atque extemporaneo examine exquirente. In reliquis classibus rector ipse parem in laborum revisione diligentiam adhibebit et, si qua in re collegarum diligentia exacuenda sit, fideliter id ex-

sequetur; in qua re majoris autoritatis ergo ipse scholarcha alias etiam classes ingredi et rectoris examini interesse hand gravabitur. Atque huic examini omnes tres horae antemeridiane eo sabbathi die dabuntur, in quibus ideo consuetae lectiones vacabunt.

Haec si praescripto modo in primo ordine executioni dentur, dubitandum non est, quin studia haec gymnastica vere gymnastica futura sint, hoc est talia, in quibus et quoad latinitatis perfectionem et instrumentalium sufficientem cognitionem et philosophiae practicae pariter ac theoreticae notitiam, historiae rudimenta, facultatum fundamenta, omniumque horum exercitationem atque usum profectus idonei fieri possint et studiosa juventus ad ipsas academias ita instructa ac praeparata accedere, ut nullo negotio paucorum annorum spatio omnem studiorum cursum feliciter et maximo cum fructu absolvere queat. Quibus quidem si linguarum etiam peregrinarum, galliceae praecipue, studium accedat idque per magistrum linguae publico etiam sumptu adjutum, nec non ipsa exercitia equestria, quorum quidem copia in illustri aula nostra abunde futura est, ad omnem tam animi quam corporis insignem culturam nihil defore existimamus, eoque nomine magnum sumptuum et impensarum alias tam prolixe in exteris faciendarum compendium fieri posse confidimus; quod quidem quantum sit e re boni publici, nemo non intelligit.

#### IN SECUNDO ORDINE

Lectiones ibi proponenda eo potissimum directae sunt:

1. Ut instrumentalium, quae hic sunt grammatica, rhetorica et logica elementa, cognitionem juventus talem adipiscatur, quae majoribus profectibus in primo ordine faciendis sufficiat. Id autem consequetur, si in grammaticis praeceptorum tam doctrinae etymologicae quam syntacticae repetitio ita instituatur, ut memoriae magis magisque impressa elabi facile nequeant, sed accidente insuper quotidiano usu ac examine, tum in autorum lectione, tum in exercitorum correctione ita confirmantur, ut discentes doctrinae grammaticae perfectionem hic consequantur; neque ad eam in primum ordinem jam provecti relabi necesse habeant, turpissimo errore et quod gravius in reliquis studiorum progressibus vix corrigibili. Verissimum enim et hic vulgatum illud: Error concoctionis primae non corrigitur in secunda. Huic ideo repetitioni grammaticae **QUATUOR** horas qualibet septimana decernendas judicavimus. In rhetorica praeceptorum brevitati et perspicuitati exemplorum cum primis studendum, addito ubique usu, quem quidem in Rhetorica Contracta in Celsissimi Principis usum modo edita complexi sumus ita, ut vel sine manuductione quispiam, qui modo latina quomodounque doctus sit, proficere hic possit, addita insuper, quae in aliis deficiebat, praxi, eaque tam genetica in imitatione et variatione theoretica consistente quam analyticā, in resolutione videlicet textus aliquujus topicī vel figurati, cum primis etiam usu figurarum ostendo, utpote qui sicut excellētē oratorem vel solus efficere potest, ipsius Ciceronis testimonio (qui Demosthenem ideo principem oratorum habitum dixit, quod sententiarum figuris frequentissime sit usus), ita principem vel maxime deceat, utpote cuius orationem patheticam esse convenit et spirituum plenam. In logicis vero sola hic elementa sufficient, ita scilicet tradita, ut cum ipsius rhetoricae tractatione pari passu decurrere possint, (quod praecepta rhetorica sine terminorum logiorum prævia cognitione doceri et intelligi nequeant), simul atque initialis doctrinae loco esse ad pleniorem logicae cognitionem in primo deinde ordine majori cum facilitate hauriendam. Haec autem in Idea Logicae, brevi etiam Principis in usum edenda, ita tradita sunt et explicata, ut doctrinam per se difficilem omnium facillimam redditum iri confidamus.

**Utrique** autem **binas** sigillatim horas dicavimus, quo ita annuo spatio ter et amplius, quae est eorum brevitas, absolví cum fructu possint.

2. Ut in latinitate praecipue et stylo juventus hic sedulo exerceatur; quod nisi ea fundamenta bene jacta fuerint, reliqua infeliciter superstruantur. Latinitas autem illa ante omnia pura sit, hoc est, vere Romana, quam quidem ex his tribus auctoribus classibus consequi licebit, videlicet e Cornelio Nepote, Epistolis Ciceronis et Ovidio. E Cornelio Nepote quidem tanquam purissimae latinitatis autore, ex epistolis Ciceronis, utpote ex quibus praeter puritatem dictionis epistolaris etiam styli elegantia comparari potest, ex Ovidio, facilitate et fluamine orationis ligatae omnes alios post se relinquente. Nepoti absoluto, magno cum fructu Terentium surrogari posse putavimus, utpote qui praeter Romanam puritatem, quam adfert, stylum jam etiam ex parte argutum reddere nec non eidem numerum conciliare potest, quae quidem duo egregia ad eloquentiam adminicula sunt. Unde mirum non est, si ipse eloquentiae parens Cicero hujus Terentii lectionem tanti fecit, ut eum aliquoties (et quemadmodum nonnulli volunt decies) non tantum perlegerit sed legendo contriverit, evidenti documento, in nullius auctoris lectione, quod quidem Romanam dictionem attinet, quam hujus operam collocari melius posse. Epistolis Ciceronis colloquia Helvici, elegantissimae latinitatis, tractanda subordinavimus, quo ita et in latini sermonis familiaritate perfectionem suam adipisci styli candidatus queat. Utrumque eo fine, ut intra biennium vel triennium, quod est spatium cursus in hac classe absolvendi, maximam partem pertractare possint. Horum autem tractatio duo potissimum respiciet, phrasin videlicet et ejus imitationem, post lectionem unam atque alteram absolutam, institutam, quod sine imitatione infructuosa ut plurimum sit omnis etiam optimi auctoris tractatio. In quo tamen mora et prolixitas maxime cavebitur, per praecipua videlicet eundo tantummodo, dimisis reliquis, quae non occurrunt, ita enim promovebuntur operae et usus tamen lectionis legitimus constabit. Primariis hisce purae latinitatis auctoribus Januam Linguarum adjunximus, tanquam fundamentum hujus latinitatis, idque eo potissimum instituto ut, quoniam in tertio ordine orbis sensualium praemissus jam est, quemadmodum etiam lexicon januale, partim repetitionis loco hic inservire possit eorum, quae ibi tradita sunt (cum eadem pleniore saltem tractationis modo exhibeat), partim, ut sic disciplinarum omnium prima quasi fundamenta juventus simul percipiat, utpote quarum praegustum aliquem in primis statim literarum studiis habere, res est ad eruditionem multum efficax. Quicunque enim librum hunc penitus inspexerit, inveniet, illum parvae cuiusdam encyclopaediae loco esse posse, qua imbuti ad omne disciplinarum et sententiae genus animum jam praeparatum ac egregie depositum illaturi sint. **Singulis** autem hisce hebdomatim **duae** horae adscriptae sunt, ita ut **octo** horarum studium hocce latinitatis solum futurum sit, quibus certe in Romana dictionis puritate egregie profici potest. De janua autem linguarum illud in specie monendum, quod praeterquam facilis hic futura est ejus tractatio propter causam supra dictam, perfecta etiam absolutaque ejus cognitio reddetur actu scenio certis temporibus (de quo inferius) instituto coque ex textu januali, quem in comoediis autor ipse mira dexteritate rededit. — Tractationi tot auctorum accedit ipsa styli exercitatio, consistens in his tribus: Translatione sive versione textus germanici in latinum, quod exercitium styli in specie dicitur, compositione alicujus progymnasmatis secundum Aphthonium, et materia carminis. Exercitium styli institueretur ex auctore Germanico typis exstante, ut descriptionis mora supersedere liceat; translatione ipsa domi fiet, ut hora publica tota correctioni impendi possit, in qua etiam, si discipu-

7

lorum frequentia labore hunc docenti difficilem reddat, succenturiata accedat alterius professoris opera, labore partiens, quo ita singulorum exercitia recte perlegi, errata notari et phrasis emendari possit, et circa nonnulla quoque ratio grammatica exquiri, quomodo demum desideratus ex exercitiis fructus, congrua videlicet et emendata scriptio, sequetur. In progymnasmatis tractatione haec ratio observabitur, ut vel fabula aliqua ex Aesopo aut narratio ex historia nonnihil amplificanda proponatur, secundum loca ab Aphthonio proposita, vel hujus modi progymnasma germanico idiomate in calamus dictetur latine reddendum, quo ita tanquam per serperastram quaedam ipsi exercitationi progymnastitis mature adsuescant. In materia carminis proponenda facilitati et brevitatibus studebitur. **Singulis** hisce **binae** quoque horae dicatae sunt, adeoque **sex** huic latinitatis exercitio in universum per unius septimanae decursum.

3. Linguae græcae **duae** quoque horae hic datae sunt, in quarum una die Mercurii videlicet declinationes nominum et conjugationes verborum tractabuntur, in altera die Sabbathi paragrapthus unus vel alter ex evangelico cum explicacione textus et examine etymologico.

4. In tractatione sacrorum theologiae compendium hic inserviet, quod memoriae mandandum erit, idque **bis** in septimana.

5. Actus progymnasticus **bis** etiam hebdomatim instituetur, memoriter scilicet recitando fabulam vel narratiunculam antea compositam; idque ut pronunciationi decorae et actus sacre mature adsuescant.

### IN TERTIO ORDINE

Cum ipsa latinitatis fundamenta hic ponenda veniant,

